EPHEMERIS AD ANNVM
DOMINI 1591. qui est tertius post Bisextilem.

Figura cœli Verna,
Die 10. Martij, hor: à
merid: 7. min: 52.



Figura cœli Æstiua,
Die 11. Iunij, hor: à
merid: 18. min: 34.



Tempore huius reuolutionis mundi æstus et siccitas decernitur, sed cum quadam inconstantia. Nam sæpius remittetur ac pluuijs temperabitur. Fortassis etiam impressiones in suprema aëris regione contingent. Vt plurimum autem simulatæ amicitiæ inter homines erunt. Hinc alter alteri non fidet. Inter magnates odia noua existent, quæ dissensiones & rixas excitabunt. Vnde res ad arma cruenta deueniet, Cuius uiolentiæ pars ad quasdã liberas aut præcipuas prouincias uel ciuitates se extendet, atq; ad nonnullas ecclesiasticas personas, item aulicos. Breuiter ut dicam, multa incommoda regibus ac reginis portendi uidentur, utpote metus, exilia, paupertas, mors &c. Hinc alterationes publicorum officiorum ac statutorum impendebunt.

Figura cœli Autumnalis
Die 13. Septembris, hor: à
merid: 8. minut: 17.



Figura cœli Hiemalis
Die 11. Decembris, hor: à
merid: 12. minut: 35.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG